concupiscentia animo preparata. accipe me ab hominibus; et redde
me magistro meo ut per te me recipiat qui per te me redemit.
Et haec dicens expoliauit se et uestimenta sua tradidit carni
ficibus; Qui accedentes leuauerunt eum in cruce. et ex
tendentes funibus totum corpus eius sicut eis iussum fuerat
suspenderunt. Adstantes uero turbe ad uiginti milia homi
num. inter quos frater erat egee nomine stratocles. simul cum po
pulo iniusto iudicio sanctum uirum hoc pati. Sanctus uero andre
as confortabat mentes credentium in christo. ortabaturque to
lerantiam temporalem. docens nihil esse dignum passio
nis ad remunerationem et conpensationis aeternam.
Interea uadit omnis populus cum clamore ad domum e
gee. omnesque pariter clamantes dicebant. Quae est ista sen
tentia tua proconsul? male iudicasti. crudelem dedisti
sententiam. iniqua sunt iudicia tua. Quid enim iniquum
fecit homo iste? Quid mali commisit? Perturbata est
omnis ciuitas. simul omnes perimus. Noli perdere caesaris ciuitatem.
concede nobis hominem iustum. redde nobis hominem
sanctum. ne interficias hominem mansuetum et pium. Biduo
enim uiuit suspensus. et non cessat que bona sunt loqui.
quia et nos suis reficit eloquiis. Dona ergo nobis homi
nem. ut uiuamus. Solue pudicum et omnis patria erit
in pace. Dimitte hominem sapientem. et omnis achaia mi
sericordiam consequetur. Aegeas uero proconsul differebat eos
nolens eum de cruce deponere. Commota itaque turba.
uolebant interficere eum. Tunc egeas pacificans po
pulum. ac permittens secum deponere. simul coepit ire.
Quem uidens sanctus andreas dixit. Quid tu ad nos uenis
egeas? Si uis credere christum. sicut promisi aperietur tibi